


John Carter Brown
Library
Brown University

JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.

BOUND BY SANGORSKI & SUTCLIFFE, LONDON



166. ALMEIDA (FERDINAND DE) AD ALEXANDRUM VI
[PO]NT. MAX. FERD. DE ALMEIDA ELECTI ECCL[ES]IE SEPTIN ET
[SE]RENISS IO. II. REGIS PORTUGALLIE ORATORIS ORATIO, 4 *ll.*, **gothic letter**, [da]rk *olive levant morocco, by Sangorski and Sutcliffe* [*H.* 863; *Pr.* 3986; [G]*W* 1553; *Stillwell, A.*463; *Harrisse, Bibl. Am. Vet.*, 12]

4to [*Rome, Johann Besicken and Sigismund Mayr,* 1493?]

MSN

** This oration, apparently delivered on the occasion of the Embassy [of] Obedience to Rome on the part of Portugal, also contains one of the [ear]liest allusions to the discovery of America.

QA 523. Hdrp

Incun. = Amer.

·Ille inq̃
**Rex eſt; fama ſuper æthera notus: quē nouis reper-
tis hoībus ampliaſſe hoīm genus: Quē nouis addi
tis terrarū orbi plurimiſq; a nobis diſiunctis inſu-
lis: orbem ip̄m propagaſſe: & ipſius auſpitio illas:
q̄s penitus ignorabamus certas: ac nobis notas red
didit: Chriſtianā·R·pu: augēdo: cruciſq; redemp-
tionis nr̄e uexillū: ultra quadragintaocto milia ſta
dioꝝ a Regno ſuo crexiſſe: illudq; īmaniſſimis bar
baris aſpernātibuſ: & adorādū & colēdum cōpulit:
& inſtituit: notiſſimū eſt·**

Stillwell, A463, P.24

EXTREMELY RARE; the Gesamtkatalog records only five copies, of [w]hich only one is in the U.S.A. There is no copy in the British Museum, [an]d all five known copies are in public libraries.

over See Goff

¶IOANNI SECVNDO PORTVGALLIE REGI INVICTISSIMO AC PIENTISSIMO FERD: DE ALMEIDA ELECTVS SEPTIN: DICATISSIMA SVE MAIESTATIS CREATVRA PERPET. FOELICITATEM.



Agnum & mee omnino professioni inusitatum munus: illudq; ornatiss: quo me nuper inter alios maiestatis tue: adsum: Pont. Alexan. vi. clarissimos Oratores: exornari placuit: Inuictiss. Rex: ac piissimã tue celsitudinis mentẽ: quoadpotui: quantaq; illa temporis patiebatᷣ angustia: nõ tamen ut dicebat: inculta meaq; hac ieiuna oratione absolui. Nam obsecro quis est: qui & christi rerum omniũ opificis: summũ illud imperiũ: & Vicarii eius dignitatẽ: non enarrare solum: uerum etiam mente ipa concipere posset? Tuas etiam laudes: titulos: honores: & merita quis etiam: & dissertiss. orator: non dicam extollere: sed enarrare pro ipsis meritis posset. Igitᷣ si hec recte metieris: quod tue nõ potuisse maiestatis desiderio satisfacerẽ: spero imbecillitati mee ueniam largiturã. Nam sępenumero ut apud deũ ipsum animaduertimus: nõ tam acuratis adorãtiũ precibus: q̃ innocẽtia: fide: ac ueneration̄ quadã lę

tari:gratioremq; existimari: qui ipsius delubris pu-
ram:castam:integramq; mentem:q̃ meditatum car
men attulerit.
Ea ratione & Sãctiss.pont.& sacer hic Cardinaliũ
ordo:nos tue maiestatis Legatos: benignissime su-
sceperunt.Nosq; quorumcũq;:q̃aliorũ (quod pace
ipsorum dixerim) Principum oratores gratissime
audierunt. Non quidem (quę nulla in me est) di-
cendi facundiam:non uerborum ornatum:& elegã
tiam: nõ artificiosam illam inuentionem: ceterasq;
optimi oratoris partes obseruauere: Verum quidẽ
& pietatem:fidem:religionem:obedientiam:ĩmen-
sumq; maiestatis tue:ex sũma illa sanctissima ele-
ctione susceptum gaudium:ac te inuictissime Rex
apostolice sedis filium obsequentissimum cõmen-
darunt.

¶Ad Alexandrū·vi·Pont.Max·Ferd:de Almeida electi Eccl'ie Septiñ:& Sereniss: Io·II.Regis Portugallie oratoris Oratio·

Gratulatoria de pontificis creatione in qua obedientiam promittit.



Ocratem ſapiētiſſimū illum hominem (ſi homo ille applādus eſt qui uniuerſę philoſophię parens:omnium philoſophorū deus:atq; mētis diuine interpres:ac nuncius habit⁹ :) dicere ſolitū legim⁹ pater Beatiss: ab uno hoīe unum opus honeſte:ſane:atq; fœliciter perfici poſſe: Plura uero ab uno nec ſatis recte peragi: & temerarii eſſe teſtatur·Cuius pręclaram:& bracteatam ſententiā mecū ipſe penſitās:uereor ne temere:& impudēter:alienæ diſciplinæ:ac ſacre theologiæ ſtudiis adictus perdifficilē: & abſolutiſſimi Oratoris ꝓuinciā aggreſſus in pſentia uidear: Accedebat etiā illud quod uel me ſolum ab hoc orādi munere deterrere poterat Auguſtiss:tui numinis cōſpectus pr̄ Sāctiss: atq; huius ſacratiss:Senatus uenerādus cōſeſſus· Verū has rōnes ſola inuictiſſimi noſtri Regis uicit:& ſuperauit auctoritas:Cuius imperium omnino renuere:Cuius uoluntati:& nutui: non obtemperare:nec ego poſſem: nec ego ſi poſſem uoluerim· Vt igit̄ ad rem ipam ꝓpius accedamus:& ne ſapientiſſimas aures ur̄as: nimio faſtidio afficiamus:Sereniss·Ioannis ſecūdi Luſitanoꝝ Regis inuictiſſimi mādata de diuina iſta tua crea

tione pater beatiss: deq; eius imenso ob tuũ pontifi catũ gaudio: ac leticia: de ea quã tibi pollicetur fi de & obediẽtia: quãta potero breuitate cõplectar.

Diuina ꝓuidẽtia oĩa gubernari: & regi: atq; illinc omne preclarum donũ: omne perfectũ munus ꝑfici sci: Licet q̃plurimis & perspicuis argumẽtis quoti die appareat: in hac tamẽ tua assũptione Sanctiss: Pont: liquido cernere: atq; ipsis plane oculis intue ri facile potuimus.

Diuino equidẽ spiritu afflati fuistis p̃res Reueren dissimi: qui Alex. vi. Sãctiss: ad summi huius põ tificatus fastigiũ delegistis. Apparuit ꝓculdubio in diebus istis gr̃a dei redemptoris nr̃i in seruo suo Alex: quẽ pastorẽ ecclesię sue cõstituit: cui suã dile ctam unicã sponsam credidit: plenariãq; potestatẽ in toto orbe terrarũ tradidit fidelis deus: per quem uocatus es beatiss: pater: in societatẽ filii sui dñi no stri Iesu christi: suũ ut pascas gregẽ: atq; ut te du ce orthodoxa nostra religio crucisq; uexillũ splen descat: quotidie magis: ac magis: atq; a solis ortu: usq; ad occasum illustretur.

Quapropter Ioães. II. Lusitanorũ inuictiss: Rex: ille inquã Rex qui semper ap. sedẽ cultu: & mirabi li ueneratiõe amplectit̃: & qui a maioribus suis sa crosancte Ro. ec. deditissimis: nulla ex parte dege nerat: supra q̃ dici potest aut credi: lętatus est: Atq; illico suscepto de tua assũptione nuntio iucũdissi

mio:Legatos quanto potuit apparatu: ad tuã desti nauerat sanctitatem magnãq; ad id ornauerat classem quã ingressi: primo pestilentia: rursus naufragio impediti patriam repetere impellunt. Nec his propterea successibus ab inceptis deterritus noster Sereniss:princeps: Sed huic legationi magis magisq; istans:& ardens: Tertio hũc tandẽ nos ad tuã sanctitatẽ designatos oratores mittere decreuit.
Non ab re igitur esset tam nr̃i diuini principis coram tue sãctitate (eam q̃uis nõ latẽt) laudes attingere: Verũ consulto illas ideo reticebimus: qm̃ nec ip̃a perangustia tp̃is:nec hee(quas fateor)imbecilles ingenii mei uires:Regẽ nr̃m oĩno maiori preconio celebrare sinunt:Sed cõsumatissimi oratoris facũdiam:& eloquentiam exposcere uidetur.Ille inq̃ Rex est;fama super æthera notus:quẽ nouis repertis hoĩbus ampliasse hoĩm genus: Quẽ nouis additis terrarũ orbi plurimisq; a nobis disiunctis insulis:orbem ip̃m propagasse: & ipsius auspitio illas: q̃s penitus ignorabamus certas: ac nobis notas reddidit:Christianã.R.pu:augẽdo:crucisq; redemptionis nr̃e uexillũ:ultra quadragintaocto milia stadiorũ a Regno suo erexisse:illudq; ĩmanissimis barbaris aspernãtibus:& adorãdũ & colẽdum cõpulit: & instituit:notissimũ est. Obmittimus etiã quę in Affrica huius nr̃i inuictiss.regis auspitio:ope magnaq; classe:quã ingentissimã cõparauerat: profu

ſis ſumptibus : pro dignitate diuini redemptoris noſtri noīe:& chriſttanę religionis augmento: quo in dies magis incenditur: nō pro gloria: non fama: aut cupiditate:geſſerit: tacemus etenim quę Idrontine obſidioni dederit auxilia: aduerſus orthodoxę noſtre religionis ſeuiſſimos:& impuriſſimos hoſtes.

Vt igitur eo quo diſceſſimus reuertamur. Ille benigniſſimus Rex:cum te ad apoſtolici ſummi huius ſacerdotii dignitatem : aſſumptum cognouit: quoquomodo ſuſceptum gaudiū contemperare nō poterat:letabatur quidem:& omnis ſua ſecum curia exultabat. Immortaliq; deo tanti muneris largitori:agebat:& in dies gratias agit:quia recordatus dierum ſeculi:ſuſcitauit de terra paſtorem ouium:de quo propheta diuinitus cecinit : Dominabitur a mari uſq; ad mare: & a flumine uſq; ad terminos orbis terrarum.

Nō īmorabor.B.pater in tuis diuinis laudibꝰ enumerandis:qm̄ q̄plurimi facundiſſimi oratores hoc ipſo in loco:non quantū res ipſa expoſtulabat.(Id enim ſupra humanum eſſet ingeniū) Sed quātum mortalibus licuit:illaſ copioſiſſime explicarūt.Tū uel maxime qm̄ eo iam tua deuenit gloria:ut quod Symachus ait nullius laudibus creſcat:nullius uituperatiōe minuat̄.Tanta etenim ſanctimonia: & uirtutis laude eniteſcis perfulgeſq;:Tanta ſcientie

& doctrinę gloria preſtas: tanta ſingulari ſapien-
tia es ornatus: Atqꝫ ita in te pariter omnes uirtu-
tes refulgent· Vt tu unus ille ſis: ille inquam: qui:
& ſi iam antea eſſes omnium gentium famulatu di
gniſſimus: tamen integritatis: ac ſapientię tue no-
men extra omniũ maiorum tuorum metas iam po
ſitum: & lõge lateqꝫ diffuſum: eo uſqꝫ proceſſit: ut
te omnes Reges: omneſqꝫ Principes cum uniuerſa
Chriſtiana · R ·pub·adorent: & uenerantur: Nec id
in terris quidem uerum: & illa te cœleſtium incola
rum decora congregatio in ſuis ſedibus etiam ue-
neratur: Te circũſtantium angelorum corona: atqꝫ
archangelorum nitiſſimus chorus itidem colit· Te
ſublimis patriarcharum cœtus: nõ ſine admiratio-
ne contemplatur ſummum in terris ſacerdotẽ: qui
tuo tantum nutu: & candida celorum templa: reſe-
ras: nulliqꝫ noſtrum: niſi per te liceat: eorum adi-
tus pateat·
Sed iam tempus nos admonet: ut ad id unum de-
ueniamus: cuius cauſa hic Illuſtris dominus & ma
gnificus Petrus de Silua maior preceptor ordinis:
& militię: de Auis: Regiuſqꝫ conſiliarius: Et domi
nus Iacobus de Souſa nobilis uir: itidemqꝫ Regius
cõſiliarius: ac Regii Sacelli uenerãdus Decanus:
Ac ego omnium minimus: ad pedes tue Sãctitatis
acceſſimus·

IOANNES igit̃ ·II· inuictiss·Rex portugaliȩ ac Argarbiorꝫ citra & ultra mare: in Affrica Guinitiȩ dn̄s: ſāctitati tuȩ fidelem: humilē: ac deuotā ꝓſtat obedientiā·

Teqꝫ fatetur uerum xp̄i uicarium: beati Petri ſucceſſorē: ac eccleſiȩ uniuerſalis ſanctiss. unicūqꝫ antiſtitē: orbiſqꝫ totius principē: & dignū monarchā· Fatetur & hāc ſanctā ſedē: ac Regiā urbem in qua gens ſancta: & populus electus: uerū totius orbis caput: Vt ille eiſdem ſanctiſſimis & omnino auitis moribus eſt inſtitutus· Et qui olim a maioribus ſuis prȩclaro hoc ornamēto eſt inſignitus: Qui inter multas ſcyſmatū factiones nunq̄ a uero pōtifice deuiarunt· Pollicetur deniqꝫ pientiss: Rex noſter: oīa quȩ ad honorē: quȩ ad obſequiū: & dignitatem ſanctitatis tuȩ: & huius ſacri collegii ſpectāt: offert tādem ſuū Regnum: ſuas prouincias: Regiones: Ducatus: Comitatus: Ciuitates: Villas: Caſtella: omnemqꝫ claſſem: & quicquid terra: mariqꝫ poſſidet Sāctitati tuȩ: Cui ſit omnis laus: honor: uirtus: & poteſtas per imenſa ſeculorum ſecula·

Dixi·

C493
A447a
[F]

